

1/ hanc con. hanc man.
rec.

1/ for. Licia

1/ hanc con. hanc man.
rec.

1/ hanc con. hanc man.
rec.

1/ hanc con. hanc man.
rec.

1/ post maioris legitur Impe

filii fratris sui comitis de Bare
hunc defuncti cum magna potencia
obredit Truart ducis Lothoringie,
ubi et cum duce bellavit, sed exer-
citus suus succubuit, et prefatus
filius fratris sui captus fuit cum
multis nobilibus, unde pro liberacio-
ne captivorum obligavit fortalicia
episcopatus Comflant et Conde dicto
filio fratris sui pro 77 milibus
librarum Turonensium. Alteri vero
fratri suo domino Petro de Bare edi-
ficavit castrum Pierefort et Levangart.
Sicque satis ecclesiam suam spolia-
vit, dum suos sine meritis iuvare
curavit, in memor evangelici dicti:
Redde rationem villacionis tue. In
hiis ut videtur se neglexit, sed
in multis aliis bene vixit. Sicque
vixit annis 14 et obiit primo anno
Johannis pape XXII, die tertia Au-
gusti, et iacet in introitu chori
maioris.

Post decessum domini Reginaldi
episcopatus vacabat 3 annis, quia
duo per capitulum fuerant electi in
discordia, scilicet Petrus de Sirks, archi-
diaconus in Marsallo, et Philippus de
comitatu Barrensi, archidiaconus in
Sarburgo; Petrus maiorem partem habuit,
tamen neuter obtinuit. Nam dum in
Romana curia starent suffulti unus
per ducem Lothoringie, alius per comitem